

RODOLPHVS LANGIVS CANONICVS MONASTERIENSIS.



**R**odolphus ille in sacris literis atq; liberalibus studijs magnam eruditionem habuit. erat philosophus, orator, poeta, & Theologus suo tempore doctissimus. præterea optimis moribus & uitæ innocètia prædictus, ita ut nomen eius longè lateq; innotesceret. Cum is ex Academijs profectus locum quietiorem optaret, Monasteriensis Ecclesiæ in Vuestphale Canonicus electus fuit. Verùm ibi otium detestatus animum ad scribendum appulit. scripsit enim multa & præclara uolumina, prosa & metro. utpote libros duos de Vrbe Hierosolyma, de Obsidione urbis Nussiè lib. i. Carmē de tribus Magis, atq; multa alia. Tandem ueneranda canitie ornatus ibidem uitam cum morte cōmutauit, anno millesimo quadragesimo nonagesimo sexto. Trīt.